ὁ περὶ τοῦ στεφάνου

De corona quam nimium petiit propter virtutem et merita sua in remp. Atticam in oratore ad Brutum orationem pro Ctesiphonte vocat quomodo igitur conveniat inscriptio dicendum est. Inscriptiones aut a rebus de quibus agitur aut a personis duci solere intelligat ab utrisque a reb. ut libri Arist. quattuor de caelo quos doctissimus vincentius Maius philosophorum Italiae nostrae decus cepit interpretari publice. Tres de anima Cic. de universitate, de legibus. A personis ut in genere demonstrativo Agesilaus Xenoph. Evagoras Isocratis In iudiciali defensiones Cic. pro pub. quintio pro sex. roscio Amerino, et sic de sing. nam tales inscriptiones ducuntur a personis quae aut laudantur aut defenduntur. ab utrisque ducitur inscriptio ut apud platonem fere omnes Dialogi Φαίδων ἢ περὶ ψυχῆς, Φαῖδρος ἢ περὶ τοῦ καλοῦ apud Cic. cato maior vel de senectute laelius vel de amicitia. Oratorem itaque habita ratione rei et coronam quam petebat ab ea sumpsisse inscriptionem. Ciceronem vero a persona Ctesiphontis qui defendebatur a Demosthene novit unde

http://digital.slub-dresden.de/ppn346358779/215